

q. 4. Gabr. de cano. missæ, lect. 7. glos. in c. de homine, extra de celebr. miss. Sylu. in ver. cōfessio. 1. quest. 2. & in ver. Eucharistia. 3. p. 14. Et si Caietanus in sum. in verbo communio. & in 3. par. q. 80. art. 4. & ad Cor. 1. cap. 11. asseueret non obligari quemquam ad confessionem sacramentalem, nisi semel in anno, & nō eo tempore, quo vult sumere Eucharistię sacramentum, modo contritus accedat. Idemque vult Panor. in cap. de homine, de celebr. miss. quorum ꝑ opinio periculosa est valde, maximè post Conc. Trid. cuius exlat de hac re. c. 7. sess. 13. & ca. sess. can. 11. de sac. Euchar. in hoc uerbo, si quis dixerit solam fidem esse sufficientem preparationem ad sumendum sanctissimæ Eucharistię sacramentum, anathema sit. & ne tantum sacramentum indignè, atque ideo in mortē fumatur, statuit, & declarat sancta Synodus illos, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantumcunque etiam si se contritos existiment, habita copia confessoris necessario præmittendam esse sacramentalem confessionem; si quis autem contrarium docere, vel pertinaciter persequerare, seu publicè disputando defendere præsumperit, eo ipso excommunicatus existat, Couar. in capit. alma mater, 1. par. §. 1. num. 7. de sentent. excommunic. lib. 6.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio præcedat, oportet, sumptionem Eucharistia.
- 2 Confessio, & contritio ordinaria remedia expurgandi peccata.
- 3 Confessario deficiente, & necessitate urgente, sine confessione ad Eucharistiam acceditur.
- 4 Necessitas vrgens qua fit, & sub hoc nomine, quid intelligatur.
- 5 Plebano rustico nō habenti sacerdotem, an absque confessione liceat sacra facere.
- 6 Infirmo non valenti ullo modo exprimere peccata, an liceat communicare.
- 7 Intellectus cap. si qui. vigesima sexta, q. 6.

- 8 Sacerdoti recordati de mortali in introitu missæ, quid agendum; Quid de eo, qui non celebrasset, si antea meminisset.
- 9 Sacerdotem, recolentem se excommunicatum post vel ante consecrationem, quid debeat.
- 10 Necessitate temporis urgente, Confessariorum non habenti contritio licet communicare cum proposito: Quid de sacerdote iter faciente.
- 11 Pœnitenti in casibus reseruatis cōfessorem non habenti, an communicare liceat.
- 12 Pœnitenti, & casum reseruatum habenti, sine copia prælati, qua seruanda, ut communicet.
- 13 Casus reseruatus cum excommunicatione, an sacramenta facere impediat absque absolutione. & num. seq. & 15.
- 16 Excommunicatus cōmunionem dari, prohibitum de iure naturali, & diuino.
- 17 Iusta causa existente nō confitendi proprio sacerdoti, nolenti requisito facultatem alteri dare, an possit pœnitens sine confessione communicare.
- 18 Pœnitens habens peccata aliqua ex pluribus non committenda proprio sacerdoti, recusanti licentiam, quid agat.
- 19 Contritio in cæteris sacramentis satis est, etiam in administrare: & quid de Diacono, & Subdiacono.
- 20 Mortali in culpa existens, an absque contritione possit exercere actus, qui potestatem iurisdictionis ecclesiasticam præsupponunt.

De casibus, in quibus ante confessionem Eucharistia sumi potest. Cap. XII.

Diximus supra, illamque semper Doctorum sententiam firmavimus cōtra Panor. & Caiet. secundum ꝑ quoddam accidenti ad sacramentum Eucharistię, modo cōscius sit peccati mortalis, nō satis est priuatim suā discussisse conscientiam, quæ admodum in cæteris sacramētis, sed insuper necessario requiritur, ut sacramentalis